

[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the name HEINRICI.]




H
CIPPUS MUSÆUS
Beatissimæ Memoræ, Illustrissimi Silesia Pro-
Regis, Celsissimi Principis ac Domini,
DOMINI
HEINRICI
VVENCESLAI SAC. ROM.
IMPERII PRINCIPIS
Ducis in Silesiâ Monstereb. Olsn. & Berol-
stad. Comitibus Glacensis. Sternbergæ. Jaischw. &
Medzib. Domini. Sacræ Cæsar. Regiæq; Majest.
Consilarii, Camerarii, Militiæ Præfeci &
Commissarii Generalis.
In frequentissimâ Illustris Aul. Olnensis
 Panegyri
Publicè erectus
 à
Michaele Kirstenio, Smol-
lensis Eccles. Ministrò Prid.
 Calend. IX bres.
 M. DC. XLII.
 Cur Iachelin Pius exoptat, timet Impius! Illi
 Portus, at Huic Mors est hebile naufragium.

OLSNÆ SILES Typis JOHANNIS SEYFFERTI,



17169




AD ILLUSTRISSIMUM & CELSISSIMUM
PRINCIPEM AC DOMINUM,

DOMINUM

CAROLUM FRIDERI-
CUM; DUCEM IN SILEZIA
MONSTERBERGENSEM & OLSNENSEM,
COMITEM GLACENSEM, STERNBERGÆ, JAISCH
WICII & MEDZIBORII DOMINUM, PRINCIPEM
SUUM AC DOM. CLEMENTISSIM. & AB ANNIS
JAM XXIIII. NUTRICIUM BENIGNISSI-
MUM *Ἐπιγαμμάτιον*
AUTORIS.

*I*llustris Regum Suboles, Celsissime Princeps
CAROLE, Silesiaci sol, FRIDERICE, Soli;
Conjugis Augusti Fratris, teneriq, Nepotis
Fila, jubente DEO, Parca severa secat.
Hinc gemis & nigrò velatus lumina peplò,
Perfundis tremulas imbre calente, genas:

Hinc tria Busta paras Illustria, tempore duro,
 Eusebiesq; tenes robore, Martis equos:
 Desine sed luctus, lacrimas nec funde perennes.
 Ignea per Mortem scandit ad astra Pius.
 Vivit in aethereis Conjux sanctissima templis,
 Heic etiam Frater gemmea ferta gerit.
 Heic radiante Nepos fulgens diademate, Patri,
 Perq; vices Magno basia figit Avo.
 Nec pereunt quorum virtus, & fortia facta,
 Sidereas bebet ant, luce micante, faces.
 Hoc mea subjecto cantat quoq; carmine Musa,
 Ante tuos quod Dux Inclute, pono pedes,
 Et precor, ut Tibi tot vita det Jova Decembres,
 Charta quot hac nigris, est variata, notis.



Heróis

* * * *

Heróis laudes meritas & Nomina Coelò
 Scripta canam: vires mihi suff. ce, Conditor Or-
 Qui trabeâ decoras Reges, Ducibusq; tiaras (bis
 Imponis, qui das, & Sceptra Potentibus auferis.
 Vosq; Duces, Patria nutantis fulcra, Ducumq;
 Quèis labore & solium suadâ firmare salubri,
 Nobilium manus & doctorum clara virorum;
 Este mihi faciles, tenuiq; favete Camena.
 Surgit in Elysia campis, regnata Dynastis
 Sarmaticis quondam, nunc creti. Rege Bobemò
 Obtinuere Duces, multis labentibus annis,
 Olfena foeta viris, & nomine clara celebri.
 Hic auras hausit vitales, WENCESILÀUS
 HEINRICUS proles, Magnorum Magna Parentũ.
 CAROLLUS Hunc genuit, famâ super ardua notus
 Sidera, consiliis juvit felicibus Aulam.
 Caesaris, & Pro-Rex Qui Slesidis, aurea nobis
 Tempora restituit, sed quæ jam lumine cassum
 Pone secuta, Lares nostros liquere, dalones
 Inter, & horrifanos, Mavortis ab igne, fragores.
 MAGDALIS ELISABETH, Bregèi. Nata, GEORGI
 Et Ligu Ducis, Eusebies decorata pyròpis,
 Inter & Illustres Nympe pulcerrima Divas,
 Connubiò stabili CARLO conjuncta, tenillum.

A 3

Edidit

Edidit in lucem Genitrix, & basta fixit
 Mustea, tantillo tum Gnato, postea tanto.
 Est ingens decus Illustri de stemmate nasci:
 Degenerat tamen interdum generosa Propago,
 Ut vitem sequitur labrusca, furentibus Euris
 Ut malus, Senii carie ceu fracta, Stolones
 Projicit, at veteris ligni bonitate carentes;
 Ni manus artificis decerpt am pollice frondem,
 Inserat alterius stirpis, ferroq; nocentem.
 Luxuriam demens, culturam jugiter addat,
 Est igitur Pubes floctenda virentibus annis,
 Commendanda viris Pietate nitentibus, Arte,
 Omnigena claris, qui frenò Palladis illam
 Aureolò, pulcra Virtutis in atria ducant.
 Hinc Pater Illustris casus intentus in omnes,
 Omnia tuta timens, doctis formanda Magistris
 Pectora dilecti tradit vernantia Nati.
 Sic Schola Nathanis nectar Pietatis & Artis
 Invergit Davide sato; sic Hectora stravit
 Priamidem, qui vir, puer hausit verba docentis
 Phylliridis, Linus Alcmenà natum docet Orbem
 Qui domuit, Stagirita tuas bibit aure loquelas;
 Exerras Totò veri de tramite cælò,
 Qui tenui natos sub cespite ducis in antra
 Musarum, sacrosq; jubes potare liquores,

Au-

Augustis genitos sed docta castra Minerva
 Temnere, Socraticas & nunquam tangere chartas.
 Cui Pietas imis non haeret calica fibris,
 Non plantat Cbristi, Princeps, salvantis, ovile;
 Arte carens, picca veluti caligine, tectus,
 Ducitur à quovis quocunq; nec audit egenos,
 Nec miseros Juris gladiò defendit & Aequi;
 Qua libram gerit & ferrum DEATRISTE subire
 Cogitur exilium; Fraus regnat ubiq; dolusq;
 Vipereum caput exertat, sata Nocte Megara;
 Fundamenta Soli minit antur, quassa ruinam.
 Clarus Aristoteles, humeris Plato dictus ab amplis,
 Tum fore felices populos, edixit, & Urbes,
 Ora Megistanes Sophia si fonte rigarent,
 Scèptra Sophi vel Regnantes gemmata tenerent.
 Nec tantum Patria profecit Noster, in Aula,
 Heros, sed doctò comitatus Achate Ministris
 Stipatus fidis, clarissima quaq; Lycèa,
 Et qua Germanis fulgent, ceu sidera, terris,
 Quaeq; peregrinas clarant feliciter oras
 Excelsi jussu Genitoris, & indole motus
 Egregia fausto petiit pede. Flammula quamvis
 Parva latens, stipulis contacta; relucet, in ignem
 Crescit & ingentem, Zephyri commota susurrò:
 Sic latitans virtus generosò pectore crevit,

Mota

Mota decore suo, quae succedentibus annis
 Emicuit, multas & sparsit, lucida, flammis.
 Marchia testis eris, miserè nunc pressa, sed olim
 Ad Viadri ripas piscosi florida, Musis
 Hospitium præbens, gratamq; Docentibus umbram.
 Hic primum Princeps cum Fratre superstite, (longè
 O utinam!) Sophia didicit præcepta Sacrae,
 Versavitq; manu sinuosa volumina Juris,
 Induit in florem se tunc generosior arbor,
 Argentina suis auxit quam sedula curis,
 Et reliquæ Pietate, Scholæ, Phœbòq; nitentes;
 Unde sibi tantos decerpfit, Patria, fructus.

Pauca tenet laudis, vera nec puncta meretur,
 Ceu domi porta chelys Patrio qui torpet in antrò,
 Multorum mores hominum nec vidit & Urbes.
 Iccircò terras aliò sub Sole jacentes,
 Missus, ab Illustri Noster, Genitore, Dynasta,
 Non oculis tantum lustravit, vulgus ut excors
 Cælum nõ animum mutat, cum trans Mare currit;
 Sed studio Gentis vitium cujusq; decenti
 Virtutesq; Sibi legit, quò fingere mores,
 Et vitæ posset Maleam vitare nocentem.

Gemma velut nitidò magis effulgescit in aurò,
 Sic magis Illustri veniens è corpore Virtus
 Enitet, inq; sui spectantes vertit amorem.

His

His radians radiis, Christo ducente, Paternum,
 In Regnum rediit Dux inclytus; Omnia plausu
 Tunc fremuere novo, vox omnis carmine lætò
 Insonuit, Domino Prelustri mollia Fata,
 Exoptans, nati multas & Chloride messes.
 Nec Populi spes subjecti pia vota sefellit,
 Quamvis raptæ levi pars irrita cesserit Eurò.

Annis namq; gravem multis meritisq; Parente
 Cum Pater omnipotens radiantibus intulit astris,
 HEINRICUS fasces, CARLO cum Fratre, Paternos
 Suscipiens, arcè pressit vestigia Patris;
 Seu Pietas cælo virtus gratissima, Phœbi
 Seu spectetur amor, summi seu culmen Honoris,
 Quod Toga, quodq; Sagum, sic disponente Jehovah,
 Indulset quamvis fugitanti. Gloria par est
 Quem generat tellus Nilotica, namq; Draconi,
 Insequitur fugientes, & fugit illa sequentes.
 Magnus Alexander casi Regale Philippi
 Cum caperet Diadema, Patris soliòq; locatus,
 Mitteret ex oculis radios virtutis avite,
 Subdita jaclabat tales ad sidera voces
 Turba, Quid insano juvat indulgere dolori?
 Non loca senta situ Rex noster adroit, in Istò
 Sed viget & vivit. Sic qui Cælestia Regna
 Occupat, & tenues inter, sine corpore, mentes
 Omnipotens Verbum cernit, Sanctumq; Calorem,

B

Supre-

Supremumq; Patrem CARLUS, tamen hic quoq; vivit
 Et viget in Na. Sed vox mihi faucibus hæret,
 Cor tremit, & salsas effundunt lumina guttas.
 Vixit enim, vixit Magni Patris inclytâ Proles;
 Elysia vixit Pro-Rex, & ferreus Atlas;
 Eusebîes vixit plantator, Palladis umbo,
 Præsidium Themidos, miserorum spes rata; vixit
 HEINRICUS placidâ nunc morte solutus, ad Orbes
 Ætherios meliorè sui se parte recepit.

Corporis exurias illustri jam modò pompa
 Credidimus magna, ceu par est credere, Matri.
 Nec solas, Patri comes ivit mascula functo
 Progenies, vite quam mox in limine primò,
 Abstulit atra dies, & funere mersit acerbò.
 Tum Patriæ Nutrix, Materq; piissima nostræ,
 ANNA SOPHIA, Ducis CARLI fidsissima Conjux,
 Saxonica germen Rutæ, virtutis etenchos
 Sparsit ab occasu nitidi, Quæ, Solis ad ortum.

Hinc triplici gemimus lacerati pectora ferrò,
 Et singultanti sic æra voce movemus:
 Eheu, quàm se vò variat Rex terga flagellò
 Nostra Poli! Cordisq; sinûs & findit arundo
 Flia, missa manu Superum! Cœlestibus iris
 Quem fas, & tantis finem sperare ruinis?

Deficiente suam deslere Caystrius ales
 Ore nec infertur; Nos funerat tanta ruentùm

Totq;

Totq; Ducum, largò lacrumarum fonte rigamus,
 Et meritò: Densis ceu hylvis nata, securi
 Saucia trabs ingens, cum plaga novissima victam
 Dejicit, ingenti frangit Dumeta tumultu
 Proxima, mota tremit, vasto sub pondere, tellus;
 Secula diffugiunt correpta timore ferarum:
 Tristia, Magnorum sic Fata beata virorum,
 Illustriq; domò natarum, plurima, Matrum,
 Subjectis pariunt populis, quod sensimus & jam
 Sentimus, quid enim nos non infestat acerbi?
 Quot rutilant Cœli cameratò fornice hœni,
 Sylvaferas quot habet, quot aluntur in aquore pisces
 Tot premimur damnis, quasi comprehendere coner,
 Oceani guttas coner numerare profundi.

Exsuperat mala cuncta tamen, Mavortius ensis,
 Et quod sanguineum vibrat, Bellona, flagellum.
 Indomitus passim per rura paterna vagatur
 Miles, & immiti metit obviam corpora ferro,
 Vesta furens magno consumit tecta fragore
 Plurima; Cornipedes, armenta q; buccera Cacus
 E stabulis trahit, aut curvis exsolvit aratris,
 Flet miser, & frustra raptoribus æra colonus
 Porrigit, aut dictis adamantina pectora mulcet.
 Ac velat Æoliis infracta carina procellis,
 Nequicquam Scopulos, latrantes aut roat undas

B 2

Auxi-

Auxilium; prece sic Furias mitescere nulla
Cernimus armatas; tardè crescentis Oliva
Sed liquor ut crepera vires & pabula flamma
Suppeditat precibus sic corda ferocia, fufis,
Ignescunt magis & rabidas vertuntur in iras.

Ædibus in sacris suspendit aranea casses,
Ejectis Domini fidis, cum plebe, Ministris;
Scops habitat ludos, summi sacra jura Tonantis
Et legum veneranda silent oracula; clangit
Sed tuba rauca, sonant litui, dant tympana murmur
Horrificum, pyrîd turgentes pulvere canna,
Flammiferum fulmen jaculantur, ferreus Ajax
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.
Palpitat hinc trepidò mens agra timore, nec unquam
Tristia sollicitis solvuntur pectora curis.

Utq; brevî pingam, Belli mala plurima versu
Vieta jacet Pietas, Astraa fugata recessit,
Castus Hymen periit, Pudor exulat omnis, & omnis
Cum Candore Fides Superas migravit in arces.
Impietas latè dominatur, Fraudis abundat
Consultiq; doli locus omnis, vi geritur res,
Et passim fœdis vehitur Cytberèa columbis.

Hi fructus, hæc sunt ærata dona phalangis
Hæc mala portentunt Illustria funera Terris;
Hæc, peccantes quâ cedit, taurea, Numen.

Sunt

Sunt igitur miseris transactæ crimina vitæ
Deploranda, Cplacet summo Metanœa Parenti)
Non intermissis pulsandaq; Sidera votis,
Qualia concipio, cui mens est pura, sequatur.

Conditor omnipotens nostros miserate labores
Semper, & in mediis irarum parcere flammis
Suete, suas humili qui noxas ore fatentur,
Et mistis precibus lacrumis tua Numina poscunt:
Sis bonus, o! clemensq; Tuis, post mille laborum
Agmina, post cæsus & tanta pericula rerum.
Sanguinis effusum satis est, Vulcanius ignis,
Satq; nimisq; diu cineres congescit in ultus
Ivit & Autolycus, furtivò squalidus aurò,
Harpyiaq; truces, serpenti-pedesq; Gigantes,
Et reliquæ vitæ turbantes fœdera, pestes.
Exerat, ô! virtus radios contraria liti
Et faustò niteat vultu, Furor impius Orbem
Deserat atq; Tuò stygias dejectus ad undas
Fulmine Christicolum solvat formidine terras.
Romani caput Imperii tua dextra coronet,
Divitiis, sceptro felici, Nestoris annis,
Sapius, Augustos agat, hoste jacente triumphos
Romana turmas Aquila Bizantius hostis
Horreat, ereptam durò se Gracia cernat
Servitiò, gentes Hami, Rhodopèq; nivosa

B 3

Et

Et quos Pannonicis recutitus calcatin agris.
 Illustres superent Herôes Slesia paucos
 Quos habet, exurgantq; DEUM tot stirpe nepotes,
 Aurea Sidereis errant quot lumina campis
 Odera cœruleus flavas, quot volvit arenas.

Stirpe Pia stea se Patria jactet in ævum,
 Stentq; Podibratia, Te confirmante, columna
 Dum patuli textum stabit mirabile Mundi.
 Te maneat semper cœtus, servante, fidelis,
 Atq; Fides nullo pigmenti livida fucô
 Verus amor jungat Doctorem pectora, caste
 Ut sanent Christi letalia vulnera, Sponse,
 Non lacerent rixis & acuta cuspide penna,
 Scindentes utrem fratres pia cura Lutheri
 Aolios olim quô clauserat atq; Philippi,

Templa Scholæq; Tui vigeant sub tegminis umbrâ,
 Dispercant Corvi, fundentes gutture rauco
 Ferales sonitus, ululæq; strigesq; facessant:
 Pica loquax Sileat, Junonia migret & ales
 Stellantis tantum querens præconia caudæ
 Publica res & priva, Tuo stent robore firma.


Deniq; gluma volans vitæ vanescet in auras
 Cum misera, riguos cœli nos transfer in hortos:
 Hortos Primævus Genitor quos crimine clausit,
 Reclusit Christi morientis in arbore sanguis.

Noster

Noster ubi Princeps, Patriæq; piissima Mater,
 Illustrisq; Puer, nimum cito raptus ab Orbe,
 Chrysolithis frontes cincti, flammantia vincunt
 Astra nitore suo nec soli lumine cedunt.

Hos mihi supremâ liceat sic voce vocare,
 Salve, Magne Pater Patriæ; sanctissime Princeps
 Et Patriæ Mater, Princeps Sanctissima, salve,
 Tuq; Puer Magni quondam spes maxima - Patris
 Illustres animæ, Regum quas Regis in aulâ
 Æternus decorat, splendor, Salvete, valete.

FINIS.



**COMPARATIO TEMPLI HIEROSOLY-
MITANI ET CORPORIS HUMANI,**

Das ist

**Eine vergleichung des zerstöreten Hieroso-
lymitanischen Tempels vnd zerbrochenen Mensch-
lichen Leibes /**

In einer Parentation = Predigt

Dominica 10. S. Trinitatis

1639

**Des Durchlauchten / Hochgebornen Fürsten
vnd Herrns / Herrns**

Heinrich Wentzels /

Herzogen in Schlesien zu Münsterberg

vnd Dels / des h. Römischen Reichs Fürsten / Grafens zu

Glas / Herrns auff Sternberg / Jaischowitz vnd Medzibohr / Röm.

Kayf. auch zu Hungern und Böhmen Königl. Majestät Raths. Käm-

merers / Obristen Hauptmanns / in Ober vnd Nieder Schlesien / Selt-

ger Abschied / in öffentlicher Christlicher Gemeine zur Dessen

abgekündiget ward / Anno 1639. gehalten

von

M. GEORGIO SEIDELIO Fürstlichen Münsterbergi-

schens Olschnischen Hoffpredigern / vnd Obersten Pfarrern

zur Dessen ; auch desselben Fürstlichen Presbyterij & Consi-

strij Assessore primario.

Quid Pro- Rege fuit, quid Sclidos Hectore majus ?

Te levis Urna tamen Dux generose capit !



Gedruckt in der Fürstl. Stadt Dels bey Joh: Seyfferten / AN. 1639.

Y 3170